

NOTE FOR BOOK TWO ABOUT THE SOUL, READINGS 1-4

Aristotle was the first philosopher or thinker or man to understand what the soul is by definition. This is a major accomplishment. The whole first book *About the Soul* was about the wondering and thinking of the first philosophers about what the soul is. But today we do not even wonder what the soul is. We do not even think about what the soul is, let alone understand what it is. What is wrong with us? We will never understand something if we do not even think about it.

The first four readings are about thinking out the definition of the soul. As Thomas explains, we must think out six different divisions or distinctions before we are in a position to think out the definition of the soul. And we must also think out the distinction of these six divisions, why some are on the side of the soul and some on the side of its subject. And then we must think out the demonstration of the definition of the soul.

The divisions from which Aristotle begins to investigate the definition of the soul are not understood distinctly today. The reason for the two sets of divisions or distinctions, the reason why the investigation of the definition of the soul requires this is not understood, or not well understood, today. The distinction of the ten highest genera takes us back to the *Categories* of the Philosopher, a work neglected and rarely understood today. Most today do not even know the *Isagoge* which is necessary to understand the *Categories*. The second distinction on the side of the soul rather than its subject presupposes the thorough understanding of the first book of *Natural Hearing* (the *Physics*). The third distinction, between first and second act, is seen by reason that looks before and after. Likewise, divisions or distinctions on the side of the soul's subject are confused today such as the distinction between the natural and the artificial brought out in the second book of *Natural Hearing* by the Philosopher. And some claim to see no real distinction between the living and the non-living.

Thomas often follows his teacher, Aristotle, in thinking about what the soul is. Thomas approaches the definition by division in this text:

Sic igitur, cum sit triplex substantia, scilicet compositum, materia, et forma, et anima non est ipsum compositum, quod est corpus habens vitam: neque est materia, quae est corpus subiectum vitae: relinquitur per locum a divisione quod anima sit substantia, sicut

forma vel species talis corporis, scilicet corporis physici habentis in potentia vitam.¹

He also syllogizes to the definition:

Quod autem ut forma propria anima corpori uniatur, sic probatur.

Illud quo aliquid fit de potentia ente actu ens, est forma et actus ipsius. Corpus autem per animam fit actu ens de potentia existente: vivere enim est esse viventis; semen autem ante animationem est vivens solum in potentia, per animam autem fit vivens actu. Est igitur anima forma corporis animati.

Amplius. Quia tam esse quam etiam operari non est solum formae neque solum materiae, sed coniuncti, esse et agere duobus attribuitur, quorum unum se habet ad alterum sicut forma ad materiam: dicimus enim quod homo est sanus corpore et sanitate, et quod est sciens scientia et anima, quorum scientia est forma animae scientis, et sanitas corporis sani. Vivere autem et sentire attribuitur animae et corpori: dicimur enim et vivere et sentire anima et corpore. Sed anima tamen sicut principio vitae et sensus. Est igitur anima forma corporis.

Adhuc. Similiter se habet tota anima sensitiva ad totum corpus sicut pars ad partem. Pars autem ita se habet ad partem quod est forma et actus eius: visus enim est forma et actus oculi. Ergo anima est forma et actus corporis.²

Thomas here uses the word *principium* in the second argument while Aristotle in his demonstration of the first definition of the soul had used the word *first*. But in creatures, at least, the word *beginning* or *principium* is always the same as *first*. For a beginning is *what is first in being or becoming or knowing* as the Philosopher says in the fifth book of *Wisdom*.

In the following text, Thomas shows a likeness in the reasoning of Aristotle that the soul is the form of the body and his own reasoning that the undergoing understanding (*Intellectus possibilis*) is formally united to us:

¹ *In II De Anima*, Lectio I, n. 221

² *Summa Contra Gentiles*, Liber I, Capitulum LVII

Amplius. Id quo aliquid operatur, oportet esse formam eius: nihil enim agit nisi secundum quod est actu; actu autem non est aliquid nisi per id quod est forma eius; unde et Aristoteles probat animam esse formam, per hoc quod animal per animam vivit et sentit. Homo autem intelligit, et non nisi per intellectum: unde et Aristoteles, inquirens de principio quo intelligimus, tradit nobis naturam intellectus possibilis. Oportet igitur intellectum possibilem formaliter uniri nobis, et non solum per suum obiectum.³

Thomas sometimes even reasons against the mistake of thinking the soul to be itself a body:

Fuerunt autem et alii magis errantes, ponentes animam esse corpus. Quorum opiniones licet fuerint diversae et variae, sufficit eas hic communiter reprobare.

Viventia enim, cum sint quaedam res naturales, sunt composita ex materia et forma. Componuntur autem ex corpore et anima, quae facit viventia actu. Ergo oportet alterum istorum esse formam, et alterum materiam. Corpus autem non potest esse forma: quia corpus non est in altero sicut in materia et subiecto. Anima igitur est forma. Ergo non est corpus: cum nullum corpus sit forma.

Adhuc. Impossibile est duo corpora esse simul. Anima autem non est seorsum a corpore dum vivit. Non est igitur anima corpus.

Amplius. Omne corpus divisibile est. Omne autem divisibile indiget aliquo continente et uniente partes eius. Si igitur anima sit corpus, habebit aliquid aliud continens et illud magis erit anima: videmus enim, anima recedente, corpus dissolvi. Et si hoc iterum sit divisibile, oportebit vel devenire ad aliquod indivisibile et incorporeum, quod erit anima: vel erit procedere in infinitum, quod est impossibile. Non est igitur anima corpus.

Item. Sicut supra probatum est, et in VIII Physicorum probatur, omne movens seipsum componitur ex duobus, quorum alterum est

³ *Summa Contra Gentiles*, Liber II, Capitulum LIX

movens et non motum, et alterum est motum. Sed animal est movens seipsum: movens autem in ipso est anima, motum autem est corpus. Anima igitur est movens non motum. Nullum autem corpus movet nisi motum, ut supra probatum est. Anima igitur non est corpus.

Praeterea. Supra ostensum est quod intelligere non potest esse actio alicuius corporis. Est autem actus animae. Anima igitur, ad minus intellectiva, non est corpus.⁴

This mistake arises from false imagination. Because we never think in this life without imagining, and images are continuous, we are apt to think of everything as extended like a body which can be imagined. Hence, people imagine the soul to be an airlike substance which is a fine body.

Those who think of the soul as a form first think of it as an accidental form like Simmias who thinks of it as the harmony of the body in the *Phaedo*. But the soul is the substantial form of a living body. It is important here to understand the distinction between a substantial form and an accidental form while also seeing there a likeness. A text where Thomas brings out the differences of these forms as well as their likeness:

forma substantialis et accidentalis partim conveniunt, et partim differunt.

Conveniunt quidem in hoc, quod utraque est actus, et secundum utramque est aliquid quodammodo in actu.

Differunt autem in duobus.

Primo quidem, quia forma substantialis facit esse simpliciter, et eius subiectum est ens in potentia tantum. Forma autem accidentalis non facit esse simpliciter; sed esse tale, aut tantum, aut aliquo modo se habens: subiectum enim eius est ens in actu.

Unde patet quod actualitas per prius invenitur in forma substantiali quam in eius subiecto: et quia primum est causa in quolibet genere, forma substantialis causat esse in actu in suo subiecto.

⁴ *Summa Contra Gentiles*, Liber I, Capitulum LXV

Sed e converso, actualitas per prius invenitur in subiecto formae accidentalis, quam in forma accidentali: unde actualitas formae accidentalis causatur ab actualitate subiecti. Ita quod subiectum, inquantum est in potentia, est susceptivum formae accidentalis: inquantum autem est in actu, est eius productivum.

Et hoc dico de proprio et per se accidente: nam respectu accidentis extranei, subiectum est susceptivum tantum; productivum vero talis accidentis est agens extrinsecum.

Secundo autem differunt substantialis forma et accidentalis, quia cum minus principale sit propter principalius, materia est propter formam substantialem; sed e converso, forma accidentalis est propter completionem subiecti...

accidens causatur a subiecto secundum quod est actu, et recipitur in eo inquantum est in potentia.

Ad secundum dicendum quod subiectum est causa proprii accidentis et finalis, et quodammodo activa; et etiam ut materialis, inquantum est susceptivum accidentis. Et ex hoc potest accipi quod essentia animae est causa omnium potentiarum sicut finis et sicut principium activum; quarundam autem sicut susceptivum.

Ad tertium dicendum quod emanatio propriorum accidentium a subiecto non est per aliquam transmutationem; sed per aliquam naturalem resultationem, sicut ex uno naturaliter aliud resultat, ut ex luce color.⁵

In the third distinction necessary for understanding what the soul is, Aristotle has distinguished between first and second act, using the example of science and consideration. The soul like science is a first act. But in this text, Thomas point out a distinction between these two first acts:

similitudo inter animam et scientiam attenditur secundum quod utraque est actus primus, non autem quantum ad omnia.

⁵ *Summa Theologiae*, Prima Pars, Q. 77, Art. 6, c.

Unde non oportet quod anima sit immediatum principium operationum, sicut scientia.⁶

In the demonstration of the definition of the soul, one could say that it goes from effect to cause as Thomas explains. But perhaps it could also be seen as going from the end to the form for the operations by the soul could be considered to be its end. In the demonstration of the definition of demonstration by its matter from or by the definition of demonstration by its end, consider Thomas' words on it:

Deinde...definit syllogismum demonstrativum per comparationem ad finem suum, qui est scire. Circa quod tria facit. Primo ponit quod scire est finis syllogismi demonstrativi sive effectus eius, cum scire nihil aliud esse videatur, quam intelligere veritatem alicuius conclusionis per demonstrationem.⁷

Thomas here speaks of *scire* as the *finis* or end of the demonstrative syllogism and also as the *effectus* or effect. So someone might say that he is reasoning from a cause for end is the cause of causes or someone might say that he is reasoning from an effect. The second corollary after the distinction of the four kinds of cause is that things can be causes of each other, but only by different kinds of cause. Thus exercise is the cause of health in the sense of a maker. And health is the cause of exercise in the sense of end or that for the sake of which. Hence, to reason from health to exercise could be said to reason from an effect to its cause and also in another way from a cause to its effect. But in the *Posterior Analytics*, the definition from the end or from the effect is first learned and then from this is demonstrated the definition from the matter. But in the second book *About the Soul*, the definition from effect or from end (?) is learned second before it is used to demonstrate the first definition which is arrived at by the six divisions.

Regarding the word *body* in the first distinction of the three on the side of the subject of the soul, we need to consider what Thomas points out in this text:

Sciendum est autem quod, licet idem secundum nomen possit esse genus et materia, non tamen idem eodem modo acceptum. Materia enim est pars integralis rei, et ideo de re praedicari non potest. Non

⁶ *Quaestio Disputata de Anima*, Art. 12. Ad 14

⁷ *In I Posteriorum Analyticorum*, Lectio IV, n. 36

enim potest dici quod homo sit caro et os. Genus autem praedicatur de specie. Unde oportet quod significet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc quod est innominata privatio, aliquando simplici nomine materiae significatur materia cum privatione, ut supra dictum est, quod aes accipitur pro aere infigurato, cum dicimus quod ex aere fit statua; ita etiam quando forma est innominata, simplici nomine materiae intelligitur compositum ex materia et forma, non quidem determinata, sed communi; et sic accipitur ut genus. Sicut enim compositum ex materia et forma determinata est species, ita compositum ex materia et forma communi est genus.

Et hoc in pluribus patet. Corpus enim potest accipi, et ut materia animalis, et ut genus. Si enim in intellectu corporis intelligatur substantia completa ultima forma, habens in se tres dimensiones, sic corpus est genus, et species eius erunt substantiae perfectae per has ultimas formas determinatas, sicut per formam auri, vel argenti, aut olivae, aut hominis. Si vero in intellectu corporis non accipiatur nisi hoc, quod est habens tres dimensiones cum aptitudine ad formam ultimam, sic corpus est materia.

Et similiter est de voce. Si enim in intellectu vocis includatur ipsa vocis formatio in communi secundum formam quae distinguitur in diversas formas literarum et syllabarum, sic vox est genus. Si autem in intellectu vocis accipitur solum substantia soni, cui possibile est advenire praedictam formationem, sic vox erit materia literarum. Ex quo etiam patet quod vox, secundum quod est genus, non potest esse sine speciebus. Non enim potest esse sonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius vel illius literae. Sed si omnino careret forma literalis prout est materia, sic inveniretur sine literis, sicut aes invenitur absque his quae fiunt ex aere.⁸

How are we to understand *body* in the first division or distinction on the side of the subject of the soul? If Aristotle implicitly contrasts body as the known substance with the immaterial substances hardly known to us, he would seem to be taking *body* as a genus. However, consider the words of Thomas here in the commentary on the second book *About the Soul*:

⁸ *In VII Metaphysicorum*, nn. 1546-1548

Dixit autem "habentis vitam potentia" et non simpliciter habentis vitam.

Nam corpus habens vitam intelligitur substantia composita vivens. Compositum autem non ponitur in definitione formae. Materia autem corporis vivi est id quod comparatur ad vitam sicut potentia ad actum: et hoc est anima, actus, secundum quem corpus vivit. Sicut si dicerem quod figura est actus, non quidem corporis figurati in actu, hoc enim est compositum ex figura et corpore, sed corporis quod est subiectum figurae, quae comparatur ad figuram sicut potentia ad actum.⁹

Thomas says that the composite (of matter and form) is not placed in the definition of the form. Hence, the body in the definition of the soul would seem to be the *matter* rather than the *genus* body.

But in a text from the *Summa Theologiae* replying to an objection, he seems to take body for the composite. Here is the objection and Thomas' reply:

1. Dicit enim Philosophus, in II de Anima, quod anima est actus corporis physici potentia vitam habentis. Comparatur igitur anima ad corpus, sicut forma ad materiam. Sed corpus habet aliquam formam substantialem per quam est corpus. Ergo ante animam praecedit in corpore aliqua forma substantialis...

Ad primum ergo dicendum quod Aristoteles non dicit animam esse actum corporis tantum, sed actum corporis physici organici potentia vitam habentis et quod talis potentia non abiicit animam. Unde manifestum est quod in eo cuius anima dicitur actus, etiam anima includitur; eo modo loquendi quo dicitur quod calor est actus calidi, et lumen est actus lucidi; non quod seorsum sit lucidum sine luce. Et similiter dicitur quod anima est actus corporis etc., quia per anima et est corpus, et est organicum, et est potentia vitam habens. Sed actus primus dicitur in potentia respectu actus secundi, qui est operatio. Talis enim potentia est non abiiciens, idest non excludens, animam.¹⁰

⁹ *In II De Anima*, Lectio 1, n. 222

¹⁰ *Summa Theologiae*, Prima Pars, Q. 76, Art. 4

In the following text, again in replying to an objection, Thomas distinguishes between the two ways in which a subject can be placed in the definition of a form:

15...Philosophus dicit in II De Anima quod anima est actus corporis physici organici. Hoc igitur quod comparatur ad animam ut materia ad actum, est iam corpus physicum organicum: quod non potest esse nisi per aliquam formam, qua constituatur in genere corporis. Habet igitur corpus humanum suum esse praeter esse animae...

Ad decimumquintum dicendum quod in definitionibus formarum aliquando ponitur subiectum ut informe, sicut cum dicitur: 'motus est actus existentis in potentia'. Aliquando autem ponitur subiectum formatum, sicut cum dicitur "motus est actus mobilis", lumen est actus lucidi. Et hoc modo dicitur anima "actus corporis organici physici", quia anima facit ipsum esse corpus organicum, sicut lumen facit aliquid esse lucidum.¹¹

In the following text, Thomas gives what is perhaps a third way of understanding *body* in the definition of the soul:

2. Praeterea Philosophus dicit in II de Anima, quod est actus corporis organici potentia vitam habentis. Corpus ergo physicum organicum potentia vitam habens comparatur ad animam ut materia ad formam. Sed hoc, scilicet corpus physicum organicum, non est nisi per aliquam formam substantialem. Ergo illa forma substantialis, quaecumque sit, praecedit in materia substantiam spiritualem, quae est anima rationalis; et eadem ratione aliae formae consequentes, quae sunt anima sensibilis et vegetabilis...

Ad secundum dicendum quod cum forma perfectissima det omnia quae dant formae imperfectiores, et adhuc amplius; materia, prout ab ea perficitur eo modo perfectionis quo perficitur a formis imperfectioribus, consideratur ut materia propria, etiam illiusmodi perfectionis quam addit perfectior forma super alias; ita tamen quod non intelligatur haec distinctio in formis secundum essentiam, sed solum secundum intelligibilem rationem. Sic ergo ipsa materia

¹¹ *Quaestiones Disputatae de Anima*, Art. 1, 15 & Ad 15

secundum quod intelligitur ut perfecta in esse corporeo susceptivo vitae, est proprium subiectum animae.¹²

When Thomas says that the higher form gives the perfection which the lower form gives and something more, he does not mean that it gives the perfection which the lower form gives in the same way, but in a better way. Consider this text of Thomas on sensible in man and the horse:

quamvis homo et equus in hoc convenient quod est sensibile, non tamen oportet quod anima sensibilis sit unius rationis in homine et equo: quia homo et equus non sunt unum animal in specie; unde in homine anima sensibilis est multo nobilior quam in aliis animalibus quantum ad principales actus, ut patet in actibus interiorum sensuum, et in operatione tactus, qui est principalis sensus: in omni enim toto potestativo potentia inferior superiori conjuncta perfectior invenitur, ut potestas praepositi multo excellentior est in rege. Anima autem sensibilis in homine per essentiam conjungitur animae rationali.¹³

If the sensing soul in man and in the beast were put by themselves in a genus, they would not be of one genus:

...si anima sensibilis quae est in brutis, et anima sensibilis quae est in homine, collocarentur secundum se in genere vel specie, non essent unius generis; nisi forte logice loquendo secundum aliquam intentionem communem.

Sed id quod est in genere vel specie proprie, est compositum, quod utrobique est corruptibile.¹⁴

Although Aristotle distinguishes between nature and soul here, the power of nature is included in that of soul:

in superiori semper includitur virtus inferioris, sicut in anima etiam est virtus naturae.¹⁵

¹² *De Spirit. Creaturis*, Art. 3, 2 & Ad 2

¹³ *Scriptum Super Lib. II Sententiarum*, Dist XVIII, Q. II, Art. III, Ad 4

¹⁴ Thomas Aquinas, *Quaestio Disputata de Anima*, Art. 11, Ad 14

¹⁵ *Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Dist 3, Q. 2, Art. 3, Ad 1

The distinction between nature and soul is like the distinction between two and three. Three contains two, but it is divided against what is just two.

The soul, being a substantial form, is in each part of the body, but it perfects the body composed of tools first and as such, and the individual parts in order to the whole:

corpus organicum est perfectibile ab anima primo et per se;

singula autem organa et organorum partes, ut in ordinem ad totum, sicut dictum est.¹⁶

This is why each part is not an animal although it has the soul:

anima non est in qualibet parte corporis primo et per se, sed in ordine ad totum, ut dictum est;

et ideo non quaelibet pars animalis est animal.¹⁷

But there is a difference in this between the imperfect animals and the perfect animals:

in animalibus in quibus figura partis fere est conformis figurae totius, pars recipit animam ut quoddam totum: quare decisa vivunt.

In animalibus tamen perfectis, in quibus figura partis multum differt a figura totius, pars non recipit animam sicut totum et primum perfectibile, ut decisa vivat; recipit tamen animam in ordine ad totum, ut coniuncta vivat.¹⁸

And although the soul is the act of each part, it is the act of one part more perfectly and chiefly:

¹⁶ Thomas Aquinas, *De Spiritualibus Creaturis*, Art. 4, Ad 13

¹⁷ Thomas Aquinas, *De Spiritualibus Creaturis*, Art. 4, Ad 2

¹⁸ Thomas Aquinas, *De Spiritualibus Creaturis*, Art. 4, Ad 9

licet anima sit actus cuiuslibet partis corporis, non tamen uniformiter omnes partes corporis perficuntur ab ea, ut dictum est; sed una altera principalius et perfectius.¹⁹

The parts of a living body are very close to being in act as Thomas teaches us in this text:

Omne enim quod est in actu, oportet esse ab aliis distinctum, quia res una dividitur ab alia per suum actum et per formam..Quando autem ea, quae ponuntur partes, fuerint separata abinvicem dissoluto toto, tunc quidem sunt entia in actu, non quidem ut partes, sed ut materia existens sub privatione formae totius.

Sicut patet de terra et igne et aere, quae quando sunt partes corporis mixti, non sunt actu existentia, sed potentia in mixto; cum vero separantur tunc sunt in actu existentia, et non partes. Nullum enim elementorum "antequam digeratur", idest antequam per alterationem debitam veniat ad mixtionem, et fiat unum mixtum ex eis, est unum cum alio, nisi sicut cumulus lapidum est unum secundum quid, et non simpliciter.

Quamvis enim omnes partes sint in potentia, tamen maxime poterit aliquis opinari partes animatorum et partes animae esse propinquas, ut fiant actu et potentia, idest ut sint in potentia propinqua actui. Et hoc ideo, quia corpora animata sunt corpora organica habentia partes distinctas secundum formam; unde maxime sunt propinqua ad hoc quod sint in actu. Et hoc ideo quia habent principium motus ab aliquo determinato, cum una pars moveat aliam...Sed tamen quamvis istae partes...animatorum sunt propinquae actui, nihilominus sunt omnia in potentia, quando totum fuerit unum et continuum per naturam...Ante enim quam surculus insertus uniatur plantae, est in actu; postea vero est in potentia.²⁰

The Council of Vienna (1311-1312) seems to have confirmed Aristotle's understanding of what the soul is:

¹⁹ Thomas Aquinas, *De Spiritualibus Creaturis*, Art. 4, Ad 8

²⁰ *In VII Metaphysicorum*, Lectio XVI, nn. 1633-1636

Fidei catholicae fundamento, *praeter quod* teste Apostolo *nemo potest aliud ponere*, firmiter inhaerentes, aperte cum sancta matre ecclesia confitemur, unigenitum Dei Filium in his omnibus, in quibus Deus Pater exsistit, una cum Patre aeternaliter subsistentem, partes nostrae naturae simul unitas, ex quibus ipse in se verus Deus exsistens fieret verus homo, humanum videlicet corpus passibile et animam intellectivam seu rationalem, ipsum corpus vere per se et essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore in virginali thalamo ad unitatem suae hypostasis et personae...Porro doctrinam omnem seu positionem, temere asserentem aut vertentem in dubium, quod substantia animae rationalis seu intellectivae vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erronea ac veritati catholicae fidei inimicam praedicto sacro approbante concilio reprobamus, diffinientes, ut cunctis nota sit fidei sinceræ veritas ac praecludatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quod quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter, tanquam haereticus sit censendus.²¹

And the Fifth Lateran Council (1512-1517) again confirms this:

Hoc sacro approbante concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicum in cunctis hominibus et haec in dubium vertentes: cum illa non solum vere per se et essentialiter humani corpori forma existat, sicut in canone felicitis recordationis Clementis papae V praedecessoris nostri in generali Viennensi concilio edito continetur, verum et immortalis, et pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, et multiplicata et multiplicanda sit.²²

How is the soul compared to its powers? A fundamental text of Thomas:

²¹ Concilium Viennense, 1311-1312, Decreta,[1], *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, Herder, 1962, pp. 336-337

²² Concilium Lateranense V, 1512-1517, Sessio VIII, *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, Herder, 1962, p. 581

essentia animae comparatur ad potentias et sicut principium activum et finale, et sicut principium susceptivum, vel seorsum per se vel simul cum corpore; agens autem et finis est perfectius, susceptivum autem principium, inquantum huiusmodi, est minus perfectum.²³

If the powers of the soul proceed from the soul *naturally* and nature is determined to one, how is this possible? Part of the answer:

ab uno simplici possunt naturaliter multa procedere ordine quodam.

Et iterum propter diversitatem recipientium.

Sic igitur ab una essentia animae procedunt multae et diversae potentiae, tum propter ordinem potentiarum: tum etiam secundum diversitatem organorum corporalium.²⁴

The proceeding of the powers of the soul from it might seem to be in the way indicated in this text:

Si autem ipsa divina substantia est causa accidentis quod sibi inest; impossibile est autem quod sit causa illius secundum quod est recipiens ipsum, quia sic idem secundum idem faceret seipsum esse in actu; ergo oportet, si in Deo est aliquod accidens, quod secundum aliud et aliud recipiat et causet accidens illud, sicut corporalia recipiunt propria accidentia per naturam materiae et causant per formam. Sic igitur Deus erit compositus. Cuius contrarium superius probatum est.²⁵

But how can the soul give rise to the powers which are in it as a subject (the understanding and the will)?

Thomas admits a difference in the nobility and purity of soul as a result of the matter into which they are poured:

²³ *Summa Theologiae*, Prima Pars. Q. 77, Art 7, C

²⁴ Thomas Aquinas, *Summa Theologiae*, Prima Pars, Q. 77, Art. 6, Ad 1

²⁵ *Summa Contra Gentiles*, Liber I, Caput 23

cum omnis perfectio infundatur materiae secundum capacitatem suam, natura animae ita infundetur diversis corporibus, non secundum eandem nobilitatem et puritatem.²⁶

Duane H. Berquist

²⁶ *Scriptum Super Librum I Sententiarum*, , Dist VIII, Q. V, Art. II, Ad 6